UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

152. Orationes iaculatorias in ipsis actionibus adhibere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

in ſummis illis occupationibus, quin tern
quaternas horas, ſæpe etiam plures orando
ſumeret, quoties etiam noctes integras.
imo ita tradidere qui eum familiariter no
tam ferme eius vitam, excepto ſomno,
breuiſſimus erat, perpetuam fuiſſe oratio
quoniam inter agendum, inter eundum,
inter veſcendum ſemper aliquid mente
bat.

SIGNVM CLII.

Breues (iaculatorias vocant) precation ipſis actionib. adhibere & inter-miſcere.

BOni Clerici ſubitas & extemporane
ces in ſuis actionib. adhibent, quia cu
tationes irruunt, adiuuat hoc ad eas vinc
ſubleuat mentem, nec ſinit adhæreſcere te
negociis quæ tractantur. Eſt etiam cond
quoddam actionum vt gratiores ſint Deo.
familiaritatem quandam cum illa maieſta
que animum ad futuram meditationem p
enim lignum ſi aridũ fuerit facilius & cit
concipit, ita anima his orationibus calor
quem retinet, vt deinde celerius in medi
2. Par. paſtor. c. 5. diuinus exardeſcat ignis. *Moſes*, ait, S. Greg
tabernaculum intrat & exit, & qui intus in con
tionem rapitur, foris infirmantium negociis vrg
tus Dei arcana conſiderat, foris onera carnaliu
Qui de rebus quoque dubiis ſemper ad tabernac

urrit, coram teſtamenti arca Dominum conſulit, exem-plum procul dubio rectoribus præbens, vt cum foris am-bigunt quid diſponant, ſemper quaſi ad tabernaculum redeant. Certe cum negotia quæ Clerici tractant Eccleſiæ ſint, id eſt, Dei, quid iuſtius & conue-nientius eſt, quam vt ex eiſdem Dei mente & ſen-tentia gerantur? Quis enim ferat procuratorem eum qui alio modo ſuas res agat quam ipſe velit & omnia inuertat quæ ei mandarit?

Clericum decet com-municare negocia ſua cum Deo & actioni adiungere orationem.

Signvm CLIII.

Tempore orationis tentationibus non cedere.

1. Svlpitius Bituricenſis Epiſc. dum nocturnis precibus incumberet, horrendos circa ſe ſtrepitus voceſque terribiles audiuit, neque ta-men aut loco ceſſit, aut orare deſiit, donec ſeda-tus eſt tumultus.

Sur. tom. 1. Torrere eũ conabantur dæmo-nes.

2. Cum *Maximus* Monachus, poſtea Rhegiẽ-ſis Epiſc. noctu ad littus proceſſiſſet orare (mo-naſterium enim non procul à mari erat) vidit na-uem appuliſſe à qua diſcedentes nautæ ipſum re-uerenter adierunt atque laudibus attollere cæ-perunt quod fama eius vſque ad Cyriæ fines per-ueniſſet, quodque eum multi videre deſidera-rent, quod denique, ſi illo proficiſci vellet, ſaluti plurimis foret, & ſi modo ſecum ire diſponeret ſe pro lucro habituros, ſi talem virum vehere ſibi contigiſſet. Maximus antiqui hoſtis captio-ſas tendiculas circumſpecto ſagacique ani-mo percipiens, poſitis in littore genibus

Greg. Tur. de glor. cõf. c. 83.

ora-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN